AUGUSTINUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh.
Seite 259
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Nullam etiam ex euangelio lucae tractatum esse questione;
De iohanne euangelista quid a ceteris tribus dictum;

X

Nunc quoque ut mos est in narratione contextum considerantes. et ceteros
alios conferentes usque in finem. Innullo eorum uel sibi uel inter se repugnare
docuimus. Marcum similiter uideamus. Ut excepta his quicumque mat theo dixerit
De quibus iam quod disserendum uidebatur absoluimus. Cetera eius inspecta
atque conlata. nullius eorum repugnare monstrentur. usque ad cenaedum. Nam
inde iam omnia omnium quatuor quae ad nodum sibi conuenunt. usque in finem;
considerata tractauimus. sicut ergo incipit marcus;

I

Initium euangelii ihu xpi filii dei. sicut scriptum est in esaia propheta
Et cetera usque ad illud uiait. Ingrediuntur capharnaum.
Et statim sabbatis ingressus synagogam docebat eos. In hac tota con
textione omnia superiora cum mat theo considerata sunt. hoc autem marcus
qui ait ingressus capharnaum in synagogam eorum docebat eos sabbatis.
Cum lucas dixerit sed nihil habet questionis;

II

Sequitur marcus et dicit et stupebant super doctrina eius; Erat enim
docens eos quasi potestatem habens. et non sicut scribae. et erat in syna
goga eorum homo in spiritu immundo et exclamauit dicens. Quid nobis et tibi ihu
nazarene. Uenisti perdere nos. et cetera usque ad eum locum ubi ait; et erat
praedicans in synagogis eorum. et omni galilea et daemonia eiciens. et in hoc
totum locum. Quamuis sint quaedam quae cum solo lucas dixerit. Tamen iam
tractata sunt. Cum mat thaei narrationem continua tenueremus. Quia in ipsum
quidem sic incurrerant. Ut ea praetermittenda non arbitraremur. sed lucas
de spiritu immundo ait. Quod sic exire ab homine ut nihil eum nocere.
Marcus autem ait discerpens inquit ipse in mundis. et exclamans uoce magna
exiit abeo. Potest ergo uideri contrarium. Quomodo enim discerpens.
Uel sicut aliqui codices habent conuexans seu cum nihil nocuit. Unde
intellegitur hoc dixisse marcum conuexansem. Et lucas dixit. Cum pro
iecisset eum in medium. Quod secutus ait. nihil que eum nocuit. hoc intelle
gitur quod illa iactatio membrorum atque uexatio non eum debilitauit
sicut solent exuere domum. et ea quibus dam membris amputatis aut euulsis;

III

Sequitur idem marcus. et uenit ad eum leprosus deprecans seu et genu
Et secundum lucam sed et ipse lucas. et cum procidisset illum inquit daemonium in medium exiit a illo.
nihil que eum nocuit.